

9744

PK. 1142.
1795.24.

DE
IVREIVRANDO
CALVMNIAE

SECVNDVM PRINCIPIA IVRIS
ROMANI, GERMANICI, CANONICI
ET SAXONICI

SPECIMEN PRIMVM
EX IVRE ROMANO

QVOD

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE
PRAESIDE

SAMVEL FRIDERICO IVNGHANSIO

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORE ET FACULTATIS IVRIDICAE
ADSESSORE

A. D. V. MART. A. C^oD^oI CCLXXXV

H. L. Q. CC

AD DISPUTANDVM PROPOSVIT

AVCTOR

IOANNES AVGVSTVS GERSTAECKER

ZVIGAVIENSIS

LIPSIAE

EX OFFICINA RICHTERIANA

DE
IAR E I V R A N D O
C A L V M N I A H

S E C U N D A M P R I N C I P I A I A R I S
L O M A N I C E R K M I N I C C A N O N I C I
H I S T O R I C I
S P E C I M E N F R A M U M
E X T R A M I N I A

M U S T R A L C O T O R Y M O L I N I S A V C O T O R I T A T E

S A M A E F H I D R I C O H I N G H A N S I O

A U T O R I T A T E I H E R R M O D E R N E R S A T I O N A L I T E R A T U R E

H I N G H A N S I O

T O D D I C I P A T A N D U M T O D O S C I T I

J O H N I S V A G A S T A R G E S T A F E C K E R

G A L E R I E V A G A S T A R G E S T A F E C K E R

L I T E R A T U R

E X S P I C C I N A B I O H T E R A I A N A

VIRIS MAGNIFICIS PERILLVSTRBVS
EXCELLENTISSIMIS, DOCTISSIMIS, AMPLISSIMIS,
GRAVISISMIS

E T

IVRIVM CONSVLTISSIMIS
CONSVLIBVS LIPSIENSIBVS
CAROLO GVILIELMO
MVILLERO

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORI, EL. SAX. CONSILIARIO
INTIMO IN REBUS BELLICIS, SCABINATVS LIPSIEN-
SIS ADSESSORI LONGE MERITISSIMO

E T

CHRISTIANO GODOFREDO
HERRMANNO

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORI EL. SAX. SUPREMAE CVRIAЕ
PROVINCIALIS ET SCABINATVS LIPSIENSIS ADSES-
SORI CELEBERRIMO

PATRONIS SVMMA REVERENTIA PROSEQVENDIS

ALIAS MACHINICUS IERONIMVS STRIBAS
EXCEPTENTIIS SIMIS DOCETISSIMI AMPLISSIMI
GRATISSIMI

ET
LITERA CONVENTUARIA
CONVENTUA LIBRARIARIA
CAROLO GAVILOMO
WAEFFRO

ALIAS ADEA LIBRI DOCTORIS ETZ CONSISTENS
TITULO DE ETHEA, ET LIBRI, SEPARATA LIBRIS
ET APPENDICIS TONGE, MULIEREOM

CHRISTIANG GODFREDO
HERRMANNO

ALIAS ADEA LIBRI DOCTORIS ETZ CONSISTENS
TITULO DE ETHEA, ET LIBRI, SEPARATA LIBRIS
ET APPENDICIS TONGE, MULIEREOM

ALIAS ADEA LIBRI DOCTORIS ETZ CONSISTENS
TITULO DE ETHEA, ET LIBRI, SEPARATA LIBRIS
ET APPENDICIS TONGE, MULIEREOM

VIRI MAGNIFICI

PERILLUSTRES, EXCELLENTISSIMI, DOCTISSIMI
GRAVISSIMI

IURIVM CONSULTISSIMI

PATRONI SVMMA REVERENTIA PROSEQVENDI

Quibus meam ac fratris fortunam munificentissime
adiuuiistis, beneficia, eo sane plus habent pretii, quo
minus *Vos*, *Viri Magnifici atque Perillustres!* cognitos
olim nos haberetis. Cuius quidem beneficentiae
Vestrae insignis paeconem me nunc posse euadere,
vehementer laetor. Et cum ea *Vos* esse humanitate
satis constet, qua venerationis quolibet modo signifi-
candae studium minime improbetis, hunc qualem-
cunque libellum, *Nominibus Vestris Magnificis atque*
Perillustribus dicatum, *Vobis* offerre non dubito.
Ceterum nihil magis opto, quam ut Numen supre-
mum *Vos*, *Viri Magnifici*, a quorum incolumentate
publica salus pendet, per longissima vitae tempora
fospites et iustis virtutum *Vestrarum* praemiis ornatos

fine

ALIIS MAGNIFICIS
EXCELSIS MUSICALIA DOCUMENTA
GREGORII
MAGISTERI
PATERIS
SALVATORE
PERPETUALITATIS
PROTECTORIS

Sine intercapidine villa velit seruare. Quibus quidem votis has tantum preces obseruantissimas addere licet, ut Vos, *Viri Grauissimi*, in posterum etiam patrocinio *Vestro* benevolentissimo dignum me iudicatis, atque res meas curae *Vestrae* habeatis commendatissimas.

NOMINIBVS VESTRIS MAGNIFICIS
ATQVE PERILLVSTRIBVS

ADDICTISSIMVS CVTOR

JOANNES AVGUSTVS GERSTAECKER.

§. I.

Luges omnes, si sanam rationem sequaris, cum i Proemium
ita esse debeat comparatae, ut inferuant ciuitatum fini attin-
gendo, facile est intellectu, princeps legislatoris officium in
eo cerni, ut ciuium iura pariter atque obligationes, quas le-
gisbus ipsis contineri neminem fugit, ad huncce societatis ciu-
lis finem vnicē referat, eidemque diligenter accommodet. De
quo, quanvis virorum doctorum sententiae admodum va-
riant¹⁾, plurimi tamen, quantum scio, verum ciuitatum fi-
nem, eundemque naturae humanae praestantia dignissimum in
securitate sola querendum esse arbitrantur. Iam huius ipsius
securitatis naturam eiusmodi esse dicunt, quae non solum ab
exterorum impetu ac vi, verum etiam a ciuium ipsorum iniu-
ris tutos nos efficiat, iuriisque tribuat incolumitatem, vt
ipsis sine intercapedine nulla frui possimus. Quae cum ita sint,

curae

1) Sic, ut alios hic faciem, Hobbesius, de cive c. 13, §. 2. sgg. — in
Felicitate iuenda; Kleinius, *Freiheit und Eigenthum in 8 Gesprä-
chen*, Berlin 1790. Hufeland, Abhandl. Was ist von einem Staate
zu erwarten, und was soll er leisten, — in libertate ponunt ciuita-
tis finem.

curae cordique esse debet legislatori, ut et pericula a peregrinis ciuitati imminentia prospere declinet, et iura ciuium erga se inuicem, quippe qui se suaque omnia fidei ipsius ac clientelae crediderunt, tueatur semper, quid multa? omnibus omnino incommodis, quae parare ciues possint ciuibus, promte ac iusto tempore occurrat. In numerum vero eorum, quae perniciosa valde sunt, officiuntque huic ipsi, qua frui debent ciues inter se, iuriuum integratii, calumniatorum quoque impudentiam recte esse referendam, facile sibi quisque persuadebit. Inde enim quantus nascatur malorum prouentus, iam L. Seneca de benef. I. 3. c. 26, C. Tacitus Ann. l. 4. c. 13. allique pristinae aetatis viri, foedis, quae ipsis obuenerunt, edicti exemplis probe intellecerunt. Quo nomine merito sane celebrandum est Iustiniani Imperatoris studium, quippe quod in eo quoque occupabatur, ut propulsaret calumniarum detrimenta, eaque ciuitate sua velut exterminaret, l. 1. l. 2. §. 8. C. de iurei. propt. cal. Nou. 49. c. fin. 2). Hoc ipsum quo facilius eueniret, praeter multam atque infamiam, et iurisurandi religione cohibere duxit accusatorum calumniantium peruersitatem ac libidinem; id quod legere est pr. I. de poen. tem. li. Circumscri- | tig, ubi *Nunc admonendi sumus*, inquit, *magnam*
pia est cal- | annia a Iusti- | curam egisse eos, qui iura sustinebant, ne facile homi-
nes

2) Laudabiles omnino suisse hos Imperatoris conatus, nemo poterit negare. Sed nam vere adfecutus fuerit, quod cuperet, aliorum sit iudicium. Evidem negantum, atque in his nominatim I. G. Bergoldii dis. polit. de iureiur. calum. abolendo, Lips. 1733. subscribere non dubito sententiae.

nes ad litigandum procederent; quod et nobis studio est.
 Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas tam agen-
 tium, quam eorum, cum quibus agitur, modo pecuniaria poena,
 modo iuris iurandi religione, modo infamiae metu coercentur.

S. II.

Scilicet ad multam quod attinet 3), ut unum sive multa certe itemque alterum hoc adferam exemplum, §. I. I. de poen. tem. litig. Nou. 82 c. 10, l. 4. C. de fruct. et lit. exp. fanci- tum esse legimus, ut qui causa caderent, sumptus ferrent omnes in ipsam erogatos, quid? quod incommode cuique in victorem inde redundanti ultra essent obnoxii. Nec mitius, cum tem- pus haud raro incideret, ut pretio quis conductus dicam aliis inpingereret, in corruptorem ipsum solebat animaduerti, siquidem eum quadrupli poena multatum ex l. 1. pr. l. 5. §. 3. D. de calumniat. adparet. Accedit, quod antiquiori aetate in actores inprobos obtineret calumniae quaedam actio, cuius ope decima rei controversae pars poenae loco ab ipsis exigebatur 4); quae quidem actio, quamvis paulatim, nescio quo pacto, in de- suetudinem abiisset §. I. I. de poen. tem. lit. a Justiniano tamen Nou. 112. c. 2. in usum reuocata est. Neque ve-
 ro solum hac ratione, sed etiam infamiae metu 5), ut supra mo-

nui

3) Cuiacius l. 12. obs. c. 1.

4) Cuiacius l. 7. obs. c. 15. Gellius, N. A. l. 14. c. 2.

5) Gundlingius P. 2. obs. c. 8. Henr. Stephanus in font. iur. civ. p. 83.

nui, impeditre visum est Imperatori, quo minus calumniatorum impotentia ac temeritas magis magisque inueterasceret. Quotus enim quisque est, qui ignoret, si qui fuerint ex perniciosis hisce hominibus condemnati, id quod poterat in contractibus pariter ac delictis accidere, l. 6. §. 5. D. de his qui not. infam. l. 7. D. de publ. Iud. §. 2. I. de poen. tem. litig. iacturam eos fecisse existimationis suae ignominiamque accepisse? Nec tamen quae de contractibus hic differui, eam habent vim, ut in iis omnibus locum inuenisset poena infamiae, verum potius ad ea contractuum genera tantum pertinent, quae, quoniam singulari aliqua fide indigent, sanctorum nomine venire per uulnus) iureiurando datum est. Vtrique vero, quas haec tenus dixi, raddo. ratione, morum illorum sanandi perueritatem addidit adhuc Iustinianus iuramentum calumniae, in cuius naturam atque indolem age nunc curatius inquiram.

§. III.

A) Origo iuris iurandi. causum. Ocurrunt nempe eius vestigia, a) in veterum scriptorum monumentis, id quod patet ex

Ante vero, quam excutiendo huic argumento proprius accedam, unde petenda sit iuris iurandi, de quo hic agitur, origo, quisue eius ipsius fuerit auctor, dispiciendum videtur. Quamquam enim ingenue constiteor, quaestione huius inuestigationem eiusmodi esse, quae parum fortasse praebeat utilitatis, in ea tamen propterea nonnihil operae collocare lubet, partim quod coniunctionem aliquam habet cum ipsa de iureiurando calumniae doctrina, eamque omnino attingit, partim opinionum, quae viris

II

viris doctis arrident, varietate 6), implicita valde atque ambi-
guia redditia est, vt. cui tandem ex illis suffragari consultius sit,
vix ac ne vix quidem inuenias. Tantum vero abest, vt eas hic
enumerem, et que in lance veluti satura collectas proponam, vt
ipso silentio praetermittens, in perscrutandis iuris iurandi il-
lus primordiis atque incunabulis eam viam ingrediar. quae com-
modius forsitan faciliusque ad metam praefixam me ducat. Sci-
licet obueniunt passim in veterum scriptorum monumentis ve-
stigia, quae indicant, iam antiquiori aevo cognitum fuisse Ro-
manis calumniae quoddam iuriandum. Cui quidem rei vt
fides concilietur, praeter M. Ann. Senecam III, [aa] Seneca
Contr. 9. et 19, in medium adferre nunc iuuat lo-

cum Liuiianum, ex l. 33. c. 47. petitum: *Iaque. diu | bb| Liui.*
*repugnante Scipione Africano, quia parum ex populi Romani digni-
tate esset dicebat, subscribere odiis accusationibusque Hannibalis, et
factionibus Karthaginensium inservere publicam auctoritatem, nec
satis habere bello viciisse Hannibalem, nisi velut accusatores calu-
mniam in eum iurarent, ac nomen deferrent, tandem peruerterunt,
vt legati Karthaginem mitterentur.* Tradit nempe Liuius in univer-
sum sub finem libri excitati, Hannibalem, cum incassum mo-
litus esset bellum in Africa, et propter hos conatus eius nomen
per aduersae factionis epistolas ad Romanos esset delatum, pro-
fugum sele contulisse ad Antiochum Syriae regem, eiusque fi-
dei ac tutelae se credidisse, quippe metu Romanorum perter-

B 2 ritem,

6) Menoch, de arbit. iud. Quæst. L. I. q. 26. n. 2. Ioan. Baptist, de
arbit. l. 10. c. 10. n. 12. Welesbeck parat. C. de iurei. prop. cal.
n. 5. Schneidewinus, comment. ad §. I. l. de poen. tem. lit. n. 2.
seqq. Seifert, de iurament. l. 3. c. 2.

ritum, qui legatos ad Karthaginem senatum hac de re misserint. Mouent vero me ex loco huic transcripto in primis verba: *Nisi velut accusatores calumnia in eum iurarent ac nomen deferrent.* Quae, quamquam non nisi *naturam* *ad aliorum* dicta sunt, id quod adparet ex voce: *velut*, et rei ipsi, de qua ibi sermo est, minus adcommodate, oculos tamen sponte incurrit, elocutio ne hac, nisi res ipsa tunc nota fuisset Romani, ut haud potuisse Liuium. Iam vero commemorat ipse iuriurandum quodam calumniae ita, ut non solum ostendat, quis ei sit obnoxius, verum etiam tempus quo dari illud soleat, simul definiat. Legimus enim ibi, actorum esse propter calumniam iurare, id ipsum vero ab illis priusquam agant, fieri. Nec omittit Plinio, tandem videtur Plinii hac de re testimonium in lib. V. Epist. 21. obuium. Refert nimurum hic Plinius Ruso, cum in Basilicam Iuliam pervenisset eo fine et consilio, ut coram iudicibus, decemuitis et causarum patronis de iure responderet consulentibus, sed interdixisset eo die Praetor iudicio, editum proposuisse Licinium Nepotem tunc temporis Praetorem, ex quo omnes, qui negotii quid haberent, nihil se ob aduocationem cuicunque dedisse, promisisse, cacauisse, iurare prius, quam agere deberent. Facile quidem patior, nomen ipsum, quo insignitum fuerit iuriurandum, cuius mentionem facit Plinius, prorsus desiderari; sed videamus, annon fortassis alia quaedam nota ibi possit animaduerti, quae indolem iuriurandi calumniae quodammodo saltem prodat. Latere vero illam in verbis: *nihil se ob aduocationem etc.* hac de causa putauerim, quod in Auth. Plin. capite C. de iur. propt. calum. id ipsum quoque ad propulsan-

dam

dam caluminiae suspicionem iurisiurandi ope confirmari debet.
Et si enim minime infitiandum est, praeter hoc ex praescripto
Iustiniani plura adhuc alia comprehendi capita iureiurando il-
lo, haud contempnendus tamen videtur locus Plinianus, cum
adumbret iurisiurandi genus, vnum certe prae se ferens signum,
quod conuenientiam aliquam habet ac veluti concentum cum
iureiurando calumniae. Illud ipsum vero a solo actore et qui-
dem ante institutam actionem subeundum semper esse, disertis
verbis ibi exponitur. Denique quadrare hoc quo^{odd.} Cicero-
que ac memoratu digna videntur Coelii verba ad ^{ne.}

Ciceronem Epist. ad diu. VIII, 8. Ille videlicet, cum varia ibi
scripsisset Ciceroni amico de iudiciis, atque in primis de C. Sem-
pronio calumniae damnato, et M. Serullio ob praetoris inci-
tiam nec absoluto nec condemnato, medias fere ipsius literas
haec occupant: *Nam de diuinatione Appius cum calumniam in-
rasser, contendere ausus non est, Pilioque cessit, etc.* Quae qui-
dem veterum scriptorum loca differera omnino de iureiurando
quodam calumniae, vel sponte cuique patebit. Quam ob rem
non video, quibusnam rationibus motus autumare possit
Stryckius ⁷⁾, illa aliam quoque admittere interpretatio-
nem, neque de uno iureiurando calumniae, sed de quo quis
etiam aliò genere haud difficulter esse percipienda. Sunt
vero eadem, id quod facile largior, ita comparata, ut
parum utique adferant lucis, ad perspiciem tam iurisiurandi,
de quo sermo est, naturam, sed haec ipsorum ope non nisi obi-
ter ac veluti per transennam cogosci possit. Quae, quamvis

⁷⁾ Stryckius, Melet, de iuram, M. V. c. I. §. 3.

sic se habeant, inde tamen probandum erit, scriptorum illorum aetate visitatum fuisse calumniae quoddam iusurandum.

§. IV.

Nec deest ipsorum l*Ctorum*, qui antiquiori aetate degerunt, auctoritas. Etenim ut aliquot saltem loca hoc transferam, I. 13 §. 3. D. de damnis inf. 1. 13. §. 3. D. de damno inf. haec leguntur: *Qui danni infecti caueri sibi postular, prius de calunnia iurare debet. Damnum infectum*, quemadmodum inter omnes conuenit, eiusmodi est, quod, quamvis nondum illatum sit, nobis tamen imminet: I. 2. I. 24. §. 7. I. 30. §. 2. I. 47. D. de damn. inf. De hoc igitur secundum Praetoris dictum caueri debet ei, cuius interest ⁸⁾, modo ipse de calunnia iurauerit. Nec tacita hic relinquenda est I. 8. §. 5. D. qui satisd. cog. vbi sic scribit Pau-

cog. *Ius: Iubetur iurare de calunnia, ne quis vexandi magis aduersarii causa forsitan, cum Romae possit sati- zis dare, in municipium euocer. Quibus quidem addere adhuc licet Vlpiani verba in I. 5. §. 14. D. de nou. op. de nou. op. nun. Qui nouum opus nuntiat, iurare debet, non calumniae causa opus nouum nunciare. Intelligitur vero per no-*

vum

8) Opus videlicet est hac cautione eam ob causam, ut conueniri possit vicinus ex stipulatu. Illa enim neglecta et posthabita, actio competit nulla nisi ut vicinus aut rudera tollat aut ea nobis relinquat, ceu patet ex I. 7. §. 1. 2. D. de Damn. inf. Ceterum haec de re conferas Weiphal; de libert. et servit. praediorum §. 201 — 309. Vlr. Marbach, de danni infecti cautione, Argent. 1702.

vum opus, quod aedificatur pariter ac destruitur contra pristinam formam l. 1. §. 11. D. ibid. et *nunciare* h. 1. nihil aliud est, quam prohibere, impedire alterum, quo minus in exstinguendo aut demoliendo pergit. Hinc, *noui operis nunciatio* posita erit in eo, vt quis nouum opus in alterius detrimentum parans desistere statim iubeatur ab incepto, donec aut cognita fuerit causa, aut ipse de conatibus suis cauerit l. 17. et 20. D. ibid. 9). Ne vero dolose fiat haec noui operis nunciatio, ex allata lege 5. §. 14. de calunnia iurare debet nuncians, atque eo ipso significare, non calumniandi animo, sed sola necessitate adactum se postulare, vt a moliendo nouo opere alter auocetur. Haec itaque, vt alia, quae proferre non attinet, loca cum ab aliis iam collecta sint 10), taceam, quamquam satis antiquum iuriisurandi calumniae usum testari videntur, Iustinianus tamē §. 1. I. de poen. tem. litig. sibimet ipsi tribuit illius intentionem. Inde hanc Imperatoris declarationem magniloquentiam potius argue re, quam veram esse, multi opinantur 11). Qua de re quae mea sit sententia, paucis nunc exponam.

Ni-

9) Pöttmann, in probabil. iur. c. 20. Leyser, Medit. Sp. 426. Claproth; Einteit. in die Sämmel. Sächf. Proc. p. 285.

10) Ex quibus praeter ceteros laudari meretur Malblanc, de iurei. l. 3. c. 9. §. 89. quippe qui potissimum in explicant l. 44. §. 4. D. famili. ercise multum, vt constat, agitata, operam suam consumit.

11) Ant. Pichardus, in comment. ad §. 1. I. de poen. tem. litig. n. 20. Wefenbeck in Paratitl. ad tit. C. de iurei. propri. cas. Seiler, de iur. famili. c. 2. n. 2.

Hac quomo- | Nimirum excitata §. I. quemadmodum liquet
do p̄cipi- | endum sit, ex: ex Nou. 49. c. 3. neutquam agit de iureiurandi
plicatur; vi- | deliceat id caluminiae in vniuersum, sed de solo generali.
de iureiurandi | Huius vero vis atque natura in eo cernitur, ut se-
do caluminiae | mel tantum et sub initium cuiusque litis praestan-
dum sit atque ad totam causam faciat. Id ipsum igitur ex Iu-
stiniani sanctione locum obtinere debet *specialis*, quippe cui
neque vero de ante Imperatoris tempora visitato haec atque illa ne-
speciali, quip- | gotia, quae in vna eademque causa occurabant, an fam
pe iam ante | Imperato rem visitato; id praebere solebant¹²⁾. Constituto hoc tota res haud
quod indicant dubie eo redit, vt indagetur, vtrum ante legem illam a
Iustiniano latam *specialis* duntaxat vslus patuerit Romanis, aut *ge-
nerale* quoque tunc temporis olimue iam habuerit auctoritatem.
Hac enim ratione cognosci poterit, sitne posterius hoc ab Impera-
tore reapse inductum, an vetustate abolitum nonnisi in vsum reuo-
lota scripto- | catum adcuratiusque definitum. Ad hoc ipsum vero
rum, pro viribus nunc expediendum, cum breuiori saltu
inuestigatione, quae in superioribus exhibita sunt, locorum super-
sedere nequeam; arte omnia scriptorum, qui aeo Iustinianeo
priores vixerunt, locis paululum immorari liceat. Ac primo qui-
dem obtutu sermo ibi esse videtur de iureiurando calumniae *gene-
rali*, quoniam traditur ante actionem motam, ideoque in ipso litis
exordio de calunnia iurari. Sed re curiosius paulo pensitata, for-
tasse patebit, *specialis* tantum ibi mentionem fieri. Etenim huius
indoles cum ita comparata sit, vt quouis tempore ac proinde
etiam statim sub initium cause dari possit, inde sequitur,

¹²⁾ Bynkershoeck, Obs. I. VII. c. 9. Gaiius I. I. obs. 87. n. 2.

vt parui sit momenti dubitatio illa, eademque facile euaneat. Accedit, quod iusurandum calumniae antequam agatur perpetrari diserte ibi dicatur, et sola actio commemoretur, cuius ergo de vitanda calumnia iurari debeat. Ex quo fit, vt ad singulare tantum negotium illud pertineat, neque vero ad totam litem, eoque nomine *specialis* potius, quam *generalis* attingat naturam. Reliqua adhuc sunt ^{ter} I^{CTorum} supra nominatorum testimonia, quae ^{supra} allata. quidem continere vtique iusurandum calumniae *speciale*, minime latet. Agunt enim nonnisi de singulis causis in lite obvenientibus, e. g. de cautione ob damnum infectum impenetranda, de fatisdatione extra Romanam atque in municipiis flagitata, de noui operis nunciatione, quippe quibus iusurandum calumniae inferuit. Quorsum haec? nimirum ut nemo non videat, iusurandum calumniae *generale*, quippe quod solummodo vindicat sibi Iustinianus, ipsius auctoritati iure optimo esse tribuendum.

§. V.

His praemissis, adgrediar nunc id, in quo totius rei quasi vertitur cardo. Iam primum, no^{B)} ^{Notio et argumentum iuri*usurandi*} tⁱ ^{calumniae in vniuersum.} t^{ionis} ipsius, quae iungi debeat iuriiurando illi, explicatione aliqua opus erit. Ad iustum vero huius rei notionem, nisi prius calumniae ipsius vim ac potestatem satis cognoueris, cum adspirare nequeas, hanc ante omnia nunc adserre lubet. Et constat quidem inter omnes, vocem: *calumnia*, deriuandam esse tanquam ex fonte suo a *re* *calvor*,

C

quippe

quippe quod, metaphora videlicet petita a caluis, subterfugientibus eorum manus, qui capillis ipsos prehendere cupiunt, decipere, frustrari, denotat.¹³⁾ Quam significationem voci huic recte attribuendam esse, praeter Terent. Adel. Act. IV. S. III. v. 16. et Plaut. Amph. Act. II. S. II. v. 4. ex tritis illis, quae in LL. XII. tabul. obueniunt verbis, euidenter patescit. Statim enim sub initium tab. I. haec leguntur: *Si caluitur pedemue fructus, manum endo iacito;* ad cuius legis sensum rite expediendum, moneatur necesse est, vniuerse ibi praeципi de in ius vocatione. Hanc vero ex pristino Romanorum iure triplici modo factam esse, nuda adhortatione, vi imaginaria et manuum injectione, peruulgatum est et tralaticium. Ac de postremo quidem ritu agit locus modo excitatus, cuius hic fere est sensus: *Quodsi reus in ius vocatus frustraretur aut in fugam sese dare cuperet, manibus iniectis atque obtorto collo eum ad magistratum rapito.* Quae cum sit vocis illius *tau caluor* propria vis (ceteros enim, qui ipsi subiicitur significatus atque in veterum scriptorum libris passim reperiuntur, praetermitto,) calumnia vero ab illa proficiuntur, inde consequitur, ut haec in vniuersum omne genus fraudis et calliditatis sibi habeat subiectum. Itaque, *iurare calumniam*, h. e. propter calumniam, s. de calumnia, nihil aliud hic erit, quam de fugiendo ac vitando omni dolo religiose spondere;¹⁴⁾ et iuriandum ipsum sic poterit generatim

13) Festus voce; *caluor*.

14) Tribus latem verbis monendum duco, *iurare propter calumniam*, Ciceroni pro Milone et Q. Roscio Comoed. c. I. *iurare in latem*, dici; Aber-

tim definiri, vt sit actus quidam religiosus, quo promittis, nunquam te esse commissurum, vt in causa, quam iustum esse putas, fraudis vilius criminis obnoxius sis. Et sic quidem iuriurandum calumniae si descriperis, quae ipsi subsunt formae, commode poterunt ad illud, utpote ad genus suum redigi. De illis vero priusquam differatur, ipsum iuriurandi calumniae argumentum, quale sit vniuersitatem breuiter excutiam. Quatuor videlicet putauerim illo contineri capita. Debet enim iurans significare, primum, in agendo pariter atque in excipiendo iustum se prosequi causam, deinde, falsis uti nolle probationibus, porro, in fraudem aduersarii dilationes haud petere, et denique, nec promisso cuicunque aut promissurum, nec dedisse aut daturum quid pro ipsa causa. Atque haec quidem omnia legibus ipsis diserte commemorari satış super que testantur l. 5. §. 14. D. de nou. op. nunc. l. 6. §. 2. D. de edend. l. 13. §. 3. D. de damn. inf. l. 15. D. ad exhib. l. 9. C. de reb. cred. l. 2. pr. C. de iurei. propt. eal. Nov. 49. c. 3. pr. et Nov. 124. c. 1.

Iam, duplex esse iuriurandum calumniae, et ^{C) eius distributio in generale et speciale} nemo ignorat. Nomina ipsa

C 2 quam-

Aberrare itaque Ciceronem a notione, quae vulgo subest *re iurare in item*, aliamque ipsi tribuere vim, adparer. Notissimum enim est, iuriurandi in item naturam atque indolem in eo versari, ut actor rei, alicuius deficientis pretium verbis solemnibus ac religiosis indicet.

l. 1. D. de in lit. iur.

quamvis nusquam obuenire in iure Romano, crediderim, sed a Ictis recentioris aeuī in viſum deſum vocata eſſe, res ipſa tamen quin reperiatur utique, nemo erit, qui ambigat. Utriusque vero generis illius definitio, quoniam data opera eo loco iam proposita eſt, quo iurisiurandi calumniae originem examinare ſtudui; consentaneum erit, vt ad ipsam iurisiurandi de quo hic agitur, naturam ſtatiu m nunc progrediar. Quae cum duplex eſſe videatur, altera communis, peculiariſ altera, et huius posterioris ratione habita, iuriurandum calumniae generare diſcernendum rurſus fit a ſpeciali; ita hac in re verſari animu m induxi, vt priuum oſtenderem, quibusnam poſtiffimum in rebus conueniat illud et conſpiret cum iurisiurandi indeole in vniuerſum, deinde quatenus diſferat ab hac et diſcrepet, eamque ob causam propria quadam inſtructum ſit
 a) utriusque natura cum ceteris iuramentiſ, coiu- eam, quam iuriurandum calumniae cum ceteris communem habere dixi, eiusmodi attributa, quae, cum in omnibus iuramentiſ ex praefcripto legum adeo neceſſaria ſint, vt haec ſine illis nullam plane habeant viam, in iureiurando calumniae quoque procul dubio requiruntur. Lubet vero duo in primis ad ferre eiusmodi attributa, quorum alterum ſpectat ad iurantes ipsos, alterum formulae iurisiurandi
 a) iurantiſ ipſius attributa, non niſi iis dari copiam iurandi propter calumniam, in quibus conſpicuae ſunt omnino virtutes eae, propter quas ad quodlibet iuriurandum accedere iure poſſunt. Per vulgus vero notum eſt, exigi non ſolum integrum rationis viam, verum etiam adul-

adultiori opus esse aetate corporisque integritate. Ex quo fit, ut primum, qui una ratione fuerint destituti, in quorum censum referendi sunt furiosi pariter ac mente capti,¹⁵⁾ l. 17. §. 11. l. 35. §.¹⁶⁾ D. de iurei. l. 2. §. 4. D. de iur. codicill. l. 7. pr. C. ad Sct. Trebell. §. 4. I. de O. et A; deinde qui iustum aetatem nondum attigerint, inter quos numerari debent infantes, l. 1. §. 13. D. de O. et A. §. 9. I. de inut. sfp. nec non infantiae proximi aliquique, quorum multis in lecis passim mentio fit¹⁷⁾ arg. J. 1. §. 13. D. de obl. et act. l. 26. §. 1. D. de iurei. l. 9. D. de adquir. haered. l. 1. C. de fals. mon; denique, qui corporis aliquo vitio laborant, v. c. muti et surdi, nisi mentem suam satis significare valeant,¹⁸⁾ hi itaque omnes a iureiurando calumniae merito sint arcendi. De ¹⁹⁾ iuriurandi formulam.

huius ipsius formula vero ut nunc dicam, ea ad-²⁰⁾ di formulam. commodata semper esse debet religioni, quam profitetur is, a quo iuriurandum calumniae efflagitatur;²¹⁾ id quod ex l. 5. §. 3. D. de iureiur. siue vol. etc. in quolibet iuriurandi genere necessario requiritur. Extant enim ibi haec Vlpiani

verba:

15) Seifer, de iuram. l. 1. c. 4. n. 4. sqq.

16) Walch, de iurantis legit. aetat. Ien. 1755, et in eius opuscul. tom. II. Sct. III. exerc. 3.

17) Feltmann, de iureiur. in alter. anim. c. 1. n. 47. Hilliger, in Donell. l. 24. c. 13. Seifer, l. 1. c. 9.

18) Sic v. c. iurari solebant veteres Romani in primis per Iouem, ut extat apud Cicer. pro Fontei. c. 10. Gell. N. A. l. 1. c. 21. Serv. ad Virg. Aen. l. XII. v. 206. Ceterum conferas Ch. Fr. Iuriurum, de iureiur. eiusq. solemn. Freyb.

verba: *Si quis illicitum iuriandum detulerit, scilicet inprobatae publicae religionis, videamus, an pro eo habeatur, atque si iuratum non est: quod magis existimo dicendum.* Persuasum itaque sibi habet Iurisconsultus, adeo non auctoritatis quid praeserre posse iuriandum religioni publice receptae contrarium, ut, licet etiam peractum fuerit, irritum tamen prolus habendum sit. Atque id etiam consentaneum utique est antistitum Romanorum hac de re principiis. Hi enim in eo laborarunt sedulo, ut stabiliorem redderent ac firmiorem omni modo iurisurandi sanctitatem. Quod quidem effici posse ipsis visum est praelertim metu vindictae diuinae, quae ex ipsorum opinione sequeretur peccantibus.¹⁹⁾ Iam vero hic timor tunc demum incutti potest, si iuriandum eiusque formula congruit cum religione iurantis ipsius. Inde sequitur, ut non possit non omni plane vi destitutum esse iuriandum secus comparatum.

§. VII.

¹⁹⁾ Iam inde ab antiquissimis temporibus maximam omnino fuisse Pontificium Romanorum tam in iure sacro quam in civili auctoritatem, Chr. Fr. Glück, in tr. de iure ciui. Papiriano, Hak. 1780. §. 31. sqq. satis ostendit. Atque id ipsum confirmat quoque veterum scriptorum testimoniis, ex quibus nuncupare libet potissimum Cicer. pro Mur. c. II. Liv. I. IX. c. 46. et Val. Max. I. II. c. 5. In primis vero, si iurisurandi species rationem, eam huic attribuerunt vim, ut grauissimas dicerent periuros ipsos manere poenas, maximosque cruciatus; qua de re legendi sunt Liv. IX. c. II. Tacit. Ann. I. I. c. 73. Corn. Vit. Agel. c. 2. Propert. I. II. eleg. 15. v. 47. sqq. Iauenal. Sat. XIII. v. 90. sqq.

§. VII.

Sed monui supra, animaduerti etiam peculia-
rem quādam naturam in iure*furando* calumniae
atque eam, quae a reliquis valde dissidet. Quandoquidem vero
duplex est iuris*furandi* huius genus, atque inter vtrumque
multum sane intercedit discriminis, de vtriusque indole figilla-
tim nunc differere lubet, ita ut primum, quae de *speciali* lite-
ris ac memoriae prodiita sint, exponam, deinde in anquirenda
generalis vi ac ratione studium meum occupem. Ac
de *speciali*²⁰⁾ quidem hanc ob causam primo loco
agendum duco, quod id ipsum iam antiquissimis
temporibus cognitum fuit Romanis atque visitatum, et gene-
rale, quippe quod Iustiniano demum originem suam debet, ve-
tustate longe superat. In quo tamen hunc ordinem seruabo,
ut ante omnia de iis differam, a quibus illud exigatur, deinde,
quibus in causis obtineat, offendam, denique, quoties sub-
eundum sit, tradam. Iam primum, iuris*furando*
illi obnoxii sunt soli actores; id quod ex locis su-
pra iam allatis, nec non ex l. 37. D. de iurei. et l. 11. §. 1. D.
de rer. amot. manifestum est. Quae quamvis in dubium vo-
cari nequeant, quaeritur tamen, vtrum omnes omnino acto-
res officio huic satisfacere, aut nonnulli quoque sint,
qui eodem supersedeant. Ac minime quidem deesse, quibus praec-
rogativa haec tributa sit, multa testantur loca in Digestis obvia.

Refe-

20) Haud omittendum hic est iurandum calumiae *speciale* l. 8.
§. 5. D. qui satisd. cog. l. 6. §. 2. D. de edend. l. 37. D. de iurei.
malitia nomine venire.

Referendi vero sunt inter illos v. c. parentes et pa-
liberantur ta- men ipsimis tróni²¹⁾, quorum claris verbis mentio fit in l. 13.
parentes et patroni, §. 14, D. de damn. inf. l. 7. §. 3. D. de obseq. par-
praest. l. 8. §. 5. D. qui statid. cog. Cuius quidem priuilegii si
quaeras rationem, inuenias ipsum in l. 7 §. 4, 5. D. de obseq.
par. praest. Inde enim adparet, positam illam esse in reue-
rentia parentibus aequa ac patronis debita, quippe quae de
eorum fide atque integritate dissidentiam permittat nullam.
His ipsis vero, quae legibus modo excitatis faneita sunt de pa-
rentibus aequa ac patronis, repugnant proflus atque offici-
unt Vlpiani verba in l. 34. §. 4. D. de iurei. Qui iusurandum
desert, prior de calunnia debet iurare, si hoc exigatur: deinde sic ei
iurabitur. Hoc iusurandum de calunnia neque patrono neque pa-
rentibus remittitur. Quamquam enim sunt²²⁾, qui voci: re-
mittere, inhaerentes contendere haud dubitent, significare il-
lam id, quod referre; minus tamen recte verbo illi hanc vim
subiici probare studuit Leyserus²³⁾, cum remittere iusurandum
iure ciuili denotaret semper, liberare ab obligatione iu-
randi, haud exigere iusurandum, l. 6. et 37. D. de iurei.
Quocirca plus fidei habendum videtur iis²⁴⁾, qui magno cum
erudi-

²¹⁾ Cuiacius. I. IX. obs. 37. Stryck. Melet. de iuram. Mel. V. c. 2,
§. 9. sq. Kranz. in disp. de remiss. iura §. 7.

²²⁾ Lynckerus, in Analect. ad Struvii Ius feud. c. II. aph. 3. n. 5.
Mevius in Colleg. Argent. tit. de iurei. §. 16. n. 2.

²³⁾ in Medit. Sp. CXL. de iurei. calum.

²⁴⁾ Georg. Obrechtus, tract. de iuram. cal. c. 5. n. 20. Vin. Caroc-
cius, de iuram. tit. decis. Quaest. 13. n. 12. Struvius, S. I. C.
Exerc.

eruditio[n]is adparatu demonstrarunt, adulterinum esse hunc locum et corruptum, cum pro verbis: *neque parentibus neque patronis, legendum re[ctius] sit: aequo parentibus ac patronis.* Hanc enim coniecturam haudquaquam esse contemnendam ut existimem, adducor potissimum eo, quod idem ICTus, praeter loca in superioribus allata, et l. 16. D. de iurei. contraria plane illi in dicta l. 34. D. obviae fouet sententiam, neque opinandum est, eum tam aperte sibi repugnasse. Nihil vero difficultatis adferunt Pauli verba in l. 14. D. de iurei. *Quoties propter rem iuratur, nec parenti, nec patrono remittitur iuramentum.* In promptu enim est, plurimum omnino intercedere discriminis inter iusiurandum propter calumniam, atque id, quod praestatur ob rem litigiosam. Scilicet hoc cum inseruat solunimodo causae diiudicationi atque spelet ad profiliandam litem, ideoque ob calumniae suspicionem haud exigatur, neutiquam poterit deminuere pietatem, qua parentes pariter ac patroni colendi sunt. Id vero accideret omnino ex principiis illis per iusiurandum calumniae, quod cum ita sit induc[t]um, vt coarctaretur calumniatorum libido, et hinc ad auertendam fraudis suspicionem valeat, non posset non contrarium esse vtique honori parentibus ac patronis habendo, si ab ipsis postularetur²⁵⁾.

S. VIII.

Exerc. 17. th. 73. Hilliger ad Donellum, l. 24. c. 21. de iurei.
Stryck, Mel. de iur. Mel. V, c. 2, §. 11. sq.

25) Georg. Obrechtus, tract. de iuram. calum. c. 5. n. 23. Stryck
Melet. de iuram. Mel. V. c. 2, §. 13.

D

§. VIII.

in iis cau- Perscrutandum vero nunc est ex instituti ra-
sis, vbi eodem tione, quibusnam in caufis iuriurandum hoc locum
opus effeadi- inueniat. Eo nimis redit quaeftionis huius sen-
ci videtur. sus, vt exploretur, vtrum in nullis plane negotiis, quae in
lite aliqua peraguntur, deficere illud possit, aut potius ipsius
praefatio pariter atque omissione a solo iudicis arbitrio pendeat.
Et omnino quidem iudicis auctoritati relictum esse, causae
ipsius ratione pensitata, vtrum opus sit iureiurando illo nec
ne, secum reputare, ex l. 5. §. 14. D. de nou. oper. nunc. con-
iiciendum esse putauerim. Extant nempe ibi haec Vlpiani
verba; *Qui nouum opus nunciatur; iurare debet, non calumniae
causa opus nouum nunciare.* Hoc iuriurandum auctore Praetore
desertur, idcirco non exigitur, vt iuret is ante, qui iuriurandum
exigit. Scilicet ad sustentandam opinionem meam valent ver-
ba; *Hoc iuriurandum auctore Praetore desertur.* Auctore Prae-
tore vero haud dubie nihil aliud est, quam concedente eo, ac
iubente; inde sequitur, vt priusquam locus dari possit iuriu-
rando illi, requiratur ante omnia judicialis auctoritas. Haec
vere superuacanea plane foret atque inutilis, si in quaunque
causa de vitanda calumnia necessario caendum. Itaque iudici
fane permisum videtur, vtrum pro re nata praetermitten-
dum ducat iuriurandum illud aut subeundum sit. Obiectio vero
hic occuratur necesse est, cum videri possit Vlpianus loco alla-
to non generatim sed tantummodo de causa aliqua singulari ex-
ponere, vt pote in qua Praetoris opus sit iudicio. At enim ve-
ro, cum verba illa: *Hoc iuramentum etc.* propterea hand co-

haereant cum antecedentibus, quod interposito puncto, sequuntur demum finitam doctrinam de Nou. Op. Nunc; mihi quidem persuadeo, in vniuersum, neque vero solius negotii illius ratione habita, Ictum ibi egisse de iureiurando calumniae. Restat adhuc, vt quoties illud subeundum sit, ostendam. Qua de re certiores nos faciunt non solum prissinae aetatis Icti ac scriptores, sub initium huius commentatiunculae nominati, sed etiam ipsius Iustiniani verba in Nou. 49. c. 3. §. I. obuenientia: *Sancimus igitur hanc perimentes iniuriam, et nolentes crebro in eodem negotio iustirandum praeberti: ut utraque pars, dum una quidem de calumnia sacramentum praebuerit, alia vero quia iustam putans relutationem esse litis, adiiciat, quia in tanta lita sicuti quaesierit probationes aduersarium suum, non per occasionem dilationis hoc faciat, sed pro veritate: necessariam sibi a suo aduersario exhibendam putans probationem: et si hoc iurauerit sacramentum nequaquam penitus (sicut crebro requirendae sunt probationes) ab altera parte experti sacramentum: sed dari probationes, et non crebro cogi quemquam sacramenta subire, generaliter semel huiusmodi sacramento prohibito.* Ex hoc praelertim loco quis non videt, in una eademque causa crebro fuisse concessum iurisiurandi illius usum. Itaque hac ratione ne euilesceret sacramenti religio, adeoque in contemtionem adduceretur, sapienter prohibuit Imperator, ne futuro tempore saepius, quam semel, in eadem lite de calumnia caueretur. Atque haec de iurisiurandi calumniae *specialis* ratione memoratu digna videbantur. Ad generale vero antequam nunc progrediar, calamo saltem pree-

D 2

Pro

propero attingenda videtur quaestio, an *speciale*, de quo haec
nus exposui, abrogatum plane sit a Justiniano, neque locum
obtinere possit. Iam, in Auth. Hoc Sacramēt. C. de iurei.
propt. cal. haec quidem leguntur verba! *Loc sacramentum* (i.
e. iuramentum caluminiae *speciale*) *bodie remittitur*, cum in
initio iuret, nihil se calumpnose in toto negotio exigere. Quae quam-
uis ita sint, tamen in causa cuius mentionem facit Nou. 73. c. 7.
omnino esse tribuendum auctoritatis aliquid iuramento ca-
luminiae speciali haud negauerim, siquidem Nouella modo allata
exceptionem aliquam complectitur, quae vero ad alias res neu-
tiquam videtur proferenda. Quo nomine ut iis adstipuler²⁵⁾,
qui Nouellae illius sensum latius patere arbitrantur, non pos-
sum a me impetrare.

§. IX.

¶) generalis, | Ad exitum nunc perducta iuris iurandi caluminiae
specialis inuestigatione, residuum adhuc est *generale*, cuius naturae
nunc adumbrandae inserviunt praesertim §. 1. I. de poen. tem. li-
tig. l. 2. C de iurei. propt. calumin. l. 14. §. 1. C de iudic. Nou.
c) a quibus | 49. c. 3. et Nou. 124. c. 1. Ac primo loco dispu-
dum sit? — | tandem videtur de iis, qui caluminiae causa hac
nempe ab | ratione spondere debent. Legimus vero locis alla-
tis, non solum a reis, per quos auctore Cicer. I. H. de Orat.
c. 33. et 79 intelliguntur omnes, de quorum re disceptatur,
re) reo, et h. e actor pariter ac reus, verum etiam ab vtrius-
que

26) Pertinent huc H. Donell. tr. de iurei. t. 24. b. 13. n. 5. And.
Gail. Obs. 1. 1. obs. 57. I. Schult. Obs. 55. 58.

que partis causarum patronis de calumnia esse iu-^[17] causarum
randum. Quod ex mea saltē opinionē ita percī-^[18] patronis ite ut
piendum est, vt nec leges quemquam liberent ab officio hoc
colendo, nec a iudice illud possit, nec denique a partibus ip-
sis sibi inuicem remitti. Sunt quidem ²⁷⁾, qui in ^[18] nec remis-
risurandi calumniae specialis principia ex l. 8. §. 5. i. beat,
D. qui fadis. cog. l. 7. §. 3. D. de obseq. par. praest. l. 13. §.
14. D. de damn. inf. huc proferentes contendant, parentes ^{ae-}
que ac patronos iuxta legum illarum praecriptū excipi, cum
ea ipsa ratio, quae dare soleat immunitatem iurisurandi calu-
mniae *specialis*, in *generali* quoque iure ac merito locum ha-
re debeat. Cui quidem opinioni suaē quo plus addant ponde-
ris, sic fere ratiocinantur: Vtrumque iurisurandi calumniae
genus eo solummodo redit, et propulset calumniae suspicio.
Itaque quorum integritas ac fides suspicionem hanc incurrit,
vtriusque iurisurandi illius generi obnoxii sunt. Fides vero in-
ter homines cum rara admōdum sit, imo plerumque alter alte-
ri videatur suspectus, proprie omnes iubentur calumniae ergo
iurare. Iam, a irreiurando calumniae *speciali* liberantur pa-
rentes et patroni, atque id quidem eo nomine, quod singula-
ris ipsis debatur honos, nec de eorum probitate dubitandum
sit; ergo quoque vacare debent iidem a *generali*, licet defi-
cient leges, quae hac de re aliquid constituant. Quae quidem,
vt dicam quod res est, et si audiēda sunt, hic tamen auctoritatis
aliquid habere negauerim. Etenim Nou. 49. c. 3. pr.
haec obueniunt verba: *Quia igitur nos pro reverentia litigantium*

27) Stryck, Melet. de iuram. Mel. V. c. 2. §. 14.

volumus mox in principio litis iurare litigantes: actores quidem, quia non calumniantes inferant lites, fugientes vero, quia credunt satisfactionem competenter se facere, et non causa contentionis: et banc communem posuimus legem contra omnem personam, modis omnibus hoc nulli concedentes. Hanc itaque legem de iureiurando calumniae generali cum fanciat Iustinianus contra omnem personam, et hisce verbis eo consilio haud dubie vtatur, ne quis forte sibi vindicet praerogatiuam aliquam, mihi certe persuadeo, parentes quoque ac patronos in mente habuisse Imperatorem. Ad iudices vero quod attinet, ab eorum partibus stare haud dubito, qui iurisiurandi huius remittendi facultatem illis plane denegant ²⁸⁾. Diserte enim Iustinianus in l. 2. C. de iurei, propt. cal. praecipit, ut in omnibus litiis de vitanda calumnia iuretur. Iam vero, cuiusque iudicis officium in eo positum est, ut sequatur normam sibi praescriptam, neque secundum l. 8. §. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. et l. 11. pr. D. de pcen. nec lege duriorem sese praebeat nec mitiorem. Quam ob rem adeo non potest vnuquam iudex in exigendo aut omittendo iureiurando calumniae pro lubitu versari, ut potius in quibuscumque causis huius praefatio ipsi esse debeat curae. Quae cum ita sint, aduersariorum sententiae subscribere nolim, qui persuaderet gestiunt, l. 5. §. 14. D. de nou. op. nunc, ad quaestionem hanc recte executiendam facere. Nam loco commemorato de iureiurando calumniae *speciali* exponi, neque vero de generali luce clarius oculis obuersatur. Notissimum

vero

²⁸⁾ Gaiius l. 1. obsf. 84. n. 1. Hilliger ad Donellum l. 23. c. 3. Secundia de iudic. 2. n. 86. sqq.

vero est illud Philosophorum praeceptum, quo autumant a specie ad speciem haud duci posse conclusionem. Itaque vel hanc ob causam iurisiurandi calumniae *generalis* indeles ex *speciali* dijudicari nequit, ut taceam, huic aliam insuper accedere rationem, quae, ut probare studui, in ipsa Iustiniani declaracione cernitur. Quid? quod ne partibus quidem litigantibus licet sibi inuicem remittere iusurandum illud. Hoc vero, cum secundum l. 2. §. 4. C. de iurei calumn. extra omnem dubitationem positum sit, non est, quod hac de re verba faciam.

§. X.

Sed debet idem a partibus ipsis praestari ne que vero per procuratores. Etsi enim ex l. 9. §. 6. l. vlt. §. 2. D. de iurei. l. 3. C. si min. se mai. l. 6. C. de rebus credit: l. 9. §. 5. D. de haer. instit. iusurandum a procuratoribus datum omnino quoque ratum haberur, modo illi mandato speciali, quod dicunt, fuerint instructi, neque iurent inuito et reluctante aduersario, sed volente eo ac consente l. 12. §. 4. C. de reb. cred.²⁹⁾; longe tamen fecus se res habet, si iurisiurandi calumniae species rationem. Nam secundum l. 2. §. 3. et 8. C. iurei prop. cal. et ibid. Auth. Principales §. 4. tunc demum causam orandi copia tribuitur procuratoribus, si à reis ipsis iurisiurandi ope de calumnia ante cau-

tum

²⁹⁾ Adam Lauterbach, Concl. forens. Exercit. XXIII. th. 5. Pet. Muller, in addit. ad Struu. S. I. C. Tit. de iureiur. th. 17. Ben. Schartow, in diff. de different. Iur. Ciui. et Marchici tit. XVI. §. 3. Gundling. P. VI. n. 3. Kanitz in disp. all. §. 21.

tum fuerit. Quod quidem genus cautionis adeo non parui ducebatur Iustinianus, ut ipius auctoritate a reis absentibus etiam, ubi locorum commoreantur, nos posset non illud exigere. Inde consequitur, ut nihil pretii statuendum sit iuriuando huic a procuratoribus praefrito, verum potius idem sit a litigantibus ipsis nunquam non subeundum. Non defunt quidem, qui ob verba in allata l. 2. §. 3. C. de iur. pr. cal. sub finem occurrentia, sententiae huic suffragari tenuant, a procuratoribus quoque calumniae ergo iurari possi opinantes. Verum enim uero, ad loci huius explicationem si curiosior accesseris, facile erit cogniti, minime eum repugnare atque officere dictis meis. Ac leguntur quidem ibi haec: *Simili modo, si reus absuerit, et forsitan per iudicatum solni stipulationem procuratorem ordinauerit, vel defensor pro eo interuenierit, et ipse, vel praesente auctore, per se, vel per instruatum procuratorem, vel etiam absente eo, inter acta iuramentum praefiet.* Scilicet sub initium huius §. 3. cum de auctore diffiret Imperator, eidemque absenti adeo calumniam iurare inculcat officium, de reo quoque dicturus, transitum sibi parat verbis: *Simili modo, idque eo fine et consilio, vt sic patet statim, quidquid antea de auctore praecepsisset, id omne quoque in reum cadere.* Haec quamvis in promtu sint, difficultatis tamen aliquid habere videntur primo obtutu verba: *et ipse, vel praesente auctore per se, vel per instruatum procuratorem, vel etiam absence eo, inter acta iuramentum praefiet.* Clara vero, opinor, et percipua omnia inuenies, modo primum rationem habeas particularum *vel, — vel,* deinde *procuratorem instruatum* non a reo, sed ab auctore percipias, vt igitur loci huius sensus eo fere redat:

releat: Licet etiam reus absuerit, ipse tamen quocunque loco coram iudice de calumnia iurare debet, ita ut perinde sit, utrum actor ipse praesentem sese praebeat, aut eius verbis procurator, aut fecus.

§. XI.

In medium adserre nunc iuvat ipsius iurisjūrandi, de quo agitur, argumentum. Neque vero vnum idemque est a reis eorumque causarum patronis confirmandum ac promittendum, sed debent potius ipsi et hac in re omnino internosci. Actoris quidem est, quemadmodum patet ex §. 1. I de poen. tem. litig. testificari, *se non calumniandi animo litem mouisse, sed existimando bonam causam habere, rei vero, quod pulsans se bona instantia vti, ad relutationem peruererit; denique ad causarum patronos quod attinet, iurisiurandi ab ipsis subeundi capita, praeter l. 2. §. 2. C. de iurei. propt. cal. Nov. 49. c. 3. in primis l. 14. §. 1. C. de iudic. continentur, et copiosius ibi dicta, vt paucis complestar, eo redeunt: Iurierando polliceri debent causarum patroni, quoniam iustum existiment clientum causam, in ea ipsa nullam operam se intermissuros, fin autem futuro tempore dolose quid fangi deprehenderint, patrocinium suum ipsis denegaturos. Iam, coram iudice atque in ipso iudicii loco sacramentum illud dicendum est, id quod ex l. 2. §. 1. et 3. C. subcendum, de iurei. propt. calum. satis patet. Minime tamen hoc ita percipiendum est, vt nunquam debeat a norma lege allata comprehensa recedi atque aberrari, sed a quocunque sit iuris-*

E

iurandi

iurandi illius ergo in iudicio comparendum. Quodsi enim dignitates quasdam species, aduersam corporis valetudinem, atque alia impedimenta aliquos momenti, non desunt utique exceptions. Complectitur vero has l. 15. D. de iurei. secundum quam non solum iis, qui sunt in altiori aliquo dignitatis gradu constituti, licet domi ob declinandam calumniam spondere, sed iis etiam, qui morbo impediuntur, quo minus in iudicio ipso se sistant. Et merito quidem locum illum Digestorum hoc trahi posse et quadrare, l. 1. §. 1. C. de iurei. propt. calum. et ibid. Ath. principales §. 2. testantur.

§. XII.

Tempus porro si quaeras, post narrationem
tempus, demum et litis contestationem iusiurandum, de quo hic sermo est, exigi l. 2. pr. et §. 8. Auth. Hoc sacr. C. de iurei. propt. cal. l. 14. §. 1. C. de iudiciis Nov. 49. c. vlt. inuenias.³⁰⁾ Id ipsum vero impedimento utique esse, quin per iusiurandum illud obtineatur id, cuius ergo est inductum, manibus sere comprehenditur. Sic enim quomodo refraenari possit et compelci calumnandi licentia, equidem non video, cum nulla in parte iudicii nec ab auctore nec a reo plus admitti queat et soleat malitia quam in ea, quae litis contestationem antecedit, atque in ipsa litis contestatione.³¹⁾

³⁰⁾ eius sole Sunt vero etiam solemnia quaedam praescri-
tionia, sequi- dem sit pta in iureirando calumniae curiose seruanda.

Pri-

30) Conf. Huber. in prael. Iur. Civ. L. IV. tit. 16. §. 2.

31) Boehmer. Ins. Ecc. l. 2. Tit. 7. §. 4.

Primum enim aut erectis ad coelum digitis aut ^[et] ^{erectis di-}
tactis Euangeliis. ³²⁾ I. 1. et 2. pr. C. de iurei. ^[et] ^{digitis aut ta-}
propt. cal. l. 14. §. 1. C. de iudic. Nov. 8. tit. 3. ^[et] ^{tactis Euang-}
luis;

Nov. 74. c. 5, praestari illud debet. Neque id quidem inconsueto ac temere inductum esse videtur. Homines enim cum ea
praediti sint natura, ut rebus eiusmodi, quae sensus incurvant,
potissimum moueantur, nemo dubitabit, quin ritus ille multum
addat ponderis atque auctoritatis iuriurando huic, efficiatque ut
ipsum maiorem habeat in iurantes vim. Perpetrari ^[ab] coram ad-
vero etiam illud debet coram aduersario, aut eius pro-^{versario, aut}
curatore. Nam l. 2. §. 1. C. de iurei. propt. column. sie ^{cuius procura-}
^{tore.}

praecipit Iustinianus: *Sin autem vel dignitas vel sexus persona non*
concesserit eam ad iudicem perueire, in domo litigatori sacramen-
tum procedere, altera videlicet parte vel procuratore eius praesente.
Persuadebat enim sibi haud dubie Imperator, accidere posse
fortassis, ut quis absente altera parte minus dubitaret de ca-
lunnia iurare, licet ipse iniustam esse causam suam sciret,
contra vero aduersarii praesentia posset praepediri, quin ad
iuriurandum illud temere accederet. Quam ob rem hac ra-
tione circumscribere voluit illam, quae multis hominibus in-
fisa est, leuitatem ac temeritatem. Quamquam vero, ceu
modo vidimus, opus est in praestando iuriurando illo
aduersarii aut eius procuratoris praesentia, ita tamen haec
sanctio intelligi debet, ut volente ac permittente iudice, ab-

32) Sam. Stryck, tract. de cautel. iurant. Pars II. Sect. I. c. 2. Kä-
nitz, in disput. laud, de iuram. §. 32.

sente quoque altera parte praestari possit, quod ex l. 3. C. ibid. liquet. Restat, ut quae iurisurandi calumniae generalis sint consecutiones, adhuc ostendam. In quo distinguendum mihi videtur, utrum iuriurandum illud vere praestitum sit, aut fecus. Dari vero cum possit partim ex ipsis animi conscientia, partim etiam falso, de vtroque videamus. Scilicet sacramentum hoc bona fide dictum, a suspitione calumniae liberare, facile est intellectu. Quo nomine, actori tunc licet actionem institutam recte et sine interpellatione prosequi, nec non reo, exceptionibus suis vti, earumque ope actoris postulationem infringere denique causarum patronis, clientum causam suscipere, neque vero eam, nisi in posterum euadat inusta, deferere l. 14. §. 1. C. de iudic. Contra, falso illud praestitum, manere periurii poenas, inter quas praeter alias, vindicta diuinia referri debet atque infamia, non est quod moneam. Sed altera incidente causa, videlicet si de calunnia iurare partes litigantes pariter et causarum patroni renuant, ex l. 2. §. 6. C. de iurei. prop. cal. et ibid. Auth. Principales §. 5. actor causa cadit, atque ad reum quod attinet et causarum patronos, ille iudicis sententia condemnatur l. 2. §. 7. C. de iur. pr. cal. et ib. Auth. Princ. §. 5. et hi a partium causa arcentur plane, iisque proficiendi omni destituuntur iure.

Sufficiat in praesenti, haec pauca delibasse ex doctrina de iureiurando calumniae secundum Iuris Romani principia, Reliqua enim in aliam, quae mihi offeretur scribendi opportunitatem referuo.

VIRO

VIRO
NOBILISSIMO ATQVE DOCTISSIMO
IOANNI AVGUSTO GERSTAECKER

S. D. P.

SAMVEL FRIDERICVS IVNGHANS.

Quod iam dudum vebementer exoptaueram, ut, quanti TE, ob
eminentera studia TVA, eximiasque omnino virtutes TVAS habe-
rem, publico quodam monumento testatum facere possem, id mibi
tandem corrigit, cum me in societatem, de rebus ad iurisclien-
tiam spectantibus publice differendi, admodum beneuole vocaris.
Quam TIBI iam eo labentius adstipulor, quo magis de primo, quo
edideris specimine publico, orbem litterariorum ceriorem reddere pos-
sum, hoc TIBI solum tribuendum esse. Reddo igitur hunc libellum
vero eius auctori atque redbo eadem forma, qua mihi oblatus est.
Etenim licet quedam in eo animaduerterim, de quibus paulo aliter
sentirem, tamen non potui a me impetrare, quin unum vel alte-

rum

rum de his immiscerem, vel faciem prorsus elegantem villo modo mu-
tarem, partim ut desiderio TVO satisfacerem, partim ne TIBI in
explicandis studiis TVIS neque in defendenda causa fines ponerem.
Gratulor TIBI perinde de tanto eruditio[n]is et solertiae specimine, quo
satis omnino explicaueris, quantum res publica utilitatis ab industria
TVA expectare sibiique de TE polliceri posse; Gratulor et PARENTI-
BVS TVIS multis nominibus colendis de tanto filio, decore suae aeta-
tis, de filio, qui PATREM suum excellentissimum et doctissimum ip-
suis vestigis persequitur.

Cacterum amicissima mente exopto, ut hic in patriae orna-
mentum, ciuium quibus praecet, in munimentum, et cum coniuge
suā, Matrona honoratissima, in TVI emolumentum diutissime flo-
rescat, sicut haud parum gaudebo, si TIBI, VIR OPTIME, cuncta ex
animi sententia cuenisse, atque omni fortunarum genere TE indies
aduentum honoribusque longe meritis bene ornatum intellexero. Scripti
in uniuersitate literarum Lipsiensi A. D. V. Mart. 1610 CCLXXXV,

ULB Halle
003 067 572

3



TA-01

B.I.G.



9744
V. 1142.
1795.24.
7.

DE IVRE IVR AND O CALVMNIAE

SECUNDVM PRINCIPIA IVRIS
ROMANI, GERMANICI, CANONICI
ET SAXONICI

S P E C I M E N P R I M U M
EX IVRE ROMANO

Q V O D

ILLVSTRIS I. CTORVM ORDINIS AVCTORITATE
P R A E S I D E

SAMVEL FRIDERICO IVNGHANSIO

VTRIVSQVE IVRIS DOCTORE ET FACVLTATIS IVRIDICAE
ADSESSORE

A. D. V. MART. A. CLO CCLXXXV

H. L. Q. CC

A D D I S P V T A N D U M P R O P O S V I T

AVCTOR

IOANNES AVGUSTVS GERSTAECKER

Z V I C A V I E N S I S

LIPSIAE

EX OFFICINA RICHTERIANA

